



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci De Oviedo Madritani, Societatis Iesv,
Theologiæ Professoris, Cursus Philosophicus**

**Oviedo, Francisco de
Lvgdvni, M.DC.LI.**

Licentia del Ordinario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95503](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95503)

Facultas P. Prouincialis Societatis IESV Prouinciæ Toletana.

 Go Ferdinandus Valdes Societatis IESV in Prouincia Toletana Præpositus Prouincialis, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum P. nostro Murio Vitelleschi Præposito Generali facultatem facio, vt liber inscriptus *Integer Cursus Philosophiæ*, Auctore P. Francisco Quiedo Matritensi, nostræ Societatis Theologo, & in Collegio Complutensi Philosophiæ Professore, eiusdemque Societatis grauium & Doctorum hominum iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus Matriti in nostro Collegio Imperiali, die octauo Augusti, anno millesimo sexcentesimo trigesimo octauo.

FERDINANDVS VALDES.

Approbatio Doctoris Francisci Vittoris ex Commissione D. D. Ioannis de Narbona I.V.D. Toletanaque Diæcesis Vicarij Generalis.

 VALI attentione, ac voluptate legi Philosophicas Controuersias R. P. Francisci de Quiedo Societatis IESV in Toletana Prouincia publici Theologiæ Professoris. Quid vltra vel censuerò, vel laudauerò, cum satis opus vel ipsa Religionis nomenclatura commendet. Cæterum antequam eruditissimas quæstiones attentis oculis prælustrarem, spem illis faciebam tanquam in scientiarum familia natis, at inueni multò in se nobilitatem traducere, tanquæ sibi posse à libro Societatem admirari, quam à Societate liber aduletur. Quid mirum? opus est cui feliciora ingenia gloriosè insudauissent. Vbi reperiet Lector seueram antiquitatis dignitatem cum nouitate subtili, non amicè solum compositam, verum felici sacramento maritatem. Nullus profectò gloriabitur, vel maturius elegisse sententiã, vel neruosiùs confirmasse, & (quod frequens auctori est) acutius inuenisse. Verba styli pauciora conceptibus, atque adeò sicut nec inani oratione sunt prodiga, sic nec auaritia explicationis obscura sententia, vel aliena, vel propria decretorio discutitur calamo: cumque nihil non sit subtile, illud in hoc auctore præcipuè laudo, quod ea methodo disponat, ea claritate discurrat, vt profunditatem scholasticam non ex obscuritate æstimauerit, sed fecerit claritatem subtilem. Tandem non aliter quid sentiam de acutissimo volumine dixerim, n. si Vincentij Lirinenfis verba de Tertulliano dicta in meam censuram adoptauerò: *Omni Philosophiam, & cunctas Philosophorum sectas, auctores, assertoresque sectarum mirâ quadam capacitate mentis complexus est, ingenio verò tam graui, ac vehementi excelluit, vt nihil sibi penè ad expugnandum proposuerit, quod non aut acumine irruerit, aut pondere illiserit; tam porò orationis sue laudes, quis assequi poterit? quæ tanta nescio quæ rationum necessitate conferta est, vt ad consensum sui quos suadere non potuerit, impellat: cuius quot panè verba, tot sententiæ sunt; quot sensus tot victoriæ.* Sic iudico, sic censeo. Ex commissione D. Ioannis de Narbona Ordinarij Complutensis. Datum Matriti, Idibus Augusti, anno Domini 1638.

Doctör FRANCISCO VITTOR.

Licentia del Ordinario.

 Os el Doctör D. Iuan de Narbona Vicario General en la Audiencia Arcobispal desta Villa de Alcalá de Henares en todo el Arcobispado de Toledo por su Alteza & Serenissimo Señor D. Fernando Infante de España, Cardenal de la santa Iglesia de Roma; del titulo de S. Maria in Porticu, Administrador perpetuo de todo el Arcobispado, Primado de las Españas, Canciller mayor de Castilla, mi Señor. Por la presente y por lo que nos toca damos licentia, al P. Francisco de Quiedo Religioso de la Compañia de Iesus, Lector de Theologia, para que pueda imprimir vn libro que ha compuesto, intitulado *Integer Cursus Philosophiæ*, atento ha sido examinado, y no ay en el cosa contra nuestra fe Catholica y buenas costumbres. Fecho en Alcalá en 22. de Agosto, de mil y seiscientos y treinta y ocho años.

Doctör D. IVAN DE NARBONA.

Por su mandado.

M. DIEGO RVIZ ARCE.

Approba